

tur sanctimoniales illæ, quæ Deo seruire nouerunt, & integritatem mentis, & corporis custodire promiserunt, siue simpliciter, siue solemniter uotum fecerint: & hoc tertio modo, uirginitas uirtus uocatur. cui debet aureola post mortem.

Illis autem duobus primi aureola nõ debetur: quauis si e uita cum tali integritate, in gratia decederent: sed aliquod accidentale gaudium per illã haberent.

Huius rationem assignat D. Tho. 2.2. q. 152. art. 1. dicens: sicut enim in delectatione uenereorum tria considerantur: scilicet unum, quod est uiolatio signaculi uirginalis, alterum, quod se tenet ex parte corporis, & animæ, quod est feminis resolutio, delectatione n. causans, in illo actu uenereo, tertium he tenet ex parte animæ tantum, quod est uoluntas, perueniendi ad talem actum delectabilem. Ita in uera uirginitate, per horum remotionem (cuius esse est integritas contagionis expresse, ait Ambrosius in lib. de uirginitate) tria requiruntur: primum est integritas signaculi: secundum est uoluptuosa delectationis in experientia, in feminis emissione: tertium est propositum seruandi hæc, uoto firmatum; ubi autem propositum non adest, uera uirginitas dici non potest, ut aureola digna sit: uirginitas enim mentis melior est, quam carnis: & si habet utrunque, optimum est: ait Ambro. in lib. 5. de uirginibus. Vnde potest conferuari uirginitas in mente, sine corporis integritate: primum namque, id est integritas corporis se habet, ut quid accidentariũ, ad actum moralem; qui actus in anime proposito consistit: sed corporis integritas in tantum requiritur, in quantum esse uia, ad seruandum mentis propositum, & quod uirginitas mentis sine corporis integritate seruari possit, probatur; Ait enim August. in 1. de ciuit. Dei. Membra illa possunt diuersis casibus vulnerata uim perpeti, sine uoluntate patientis.

Hinc sequitur: si mulier a Medicis, uel ab obitetrice in illa parte uulnus acceperit non amittet uirginitatem, si propositum seruandi illam firmum tenebit. Item si puella ante annos pubertatis, id est ante tempus feminationis fracturam signaculi, per concubiticum passa fuerit, uirginitatem moralem non amittet: quamuis amittet naturalem: cum passiones sensibiles uenereas non senserit: quæ sunt materia actus moralis; non est, cur uirginitatem amittere dicatur. Sed dices. Et si aderit consensus in illo actu? Dicit D. Thom. in 4. dist. 33. quæst. 3. art. 1. si non est doli capax; nullo pacto uirginitatem amittet: ille namquam consensus imperfectus est: si autem per usum rationis, acceleratorem fuerit doli capax: iam mentalem uirginitatem amisit, quæ postea per penitentiam recuperari potest, ut dicemus. Notanter dixi (id est ante tempus feminationis), propter Caietanum, quauis enim in pueris ante pubertatis tempus uirginitas non amittitur, in simili casu eo quod sunt naturaliter impotentes: in puellis tamen hoc dici non potest: sunt enim multæ, ut ipse cõten dit. 2.2. q. 152. art. 1. quæ ante tempus pubertatis distillationes feminales habent: itaque femina rent, sit prouocata fuissent: ut ex mulieribus se au diuiffe fatetur. Nec dicendum, illas distillationes non esse feminales; audiui enim a quodam doctore fide digno, & meo præceptore, se uidisse Bononiæ mulierem in anno suæ ætatis nono concepisse. Vnde concluditur, puellæ, in quibus tempus, & potentia coeundi ante pubertatis tempus acceleratur, si delectabiliter femina rent, dum prouocata fuissent, uirginitatem amitterent. Nec ex hoc generalis regula statuenda est, ut Caietanus uult; non enim omnibus, nec pro maiori parte, hoc accidit. Item uirgo, quæ in somnis, uel dum ebria, aut demens fuerit, ab homine corrumperetur, ueram, & moralem uirginitatem nõ amitte ret; dummodo mentem non mutauerit, nisi uoluntatis consensus in illo actu præcesserit, ut ait Siluest. Verbo Virgi. Item uirgo etiam in uigilia, & mète sana cum patiens, ab homine, uel Dæmone incubo, si quantum potest resistit, etiam delectationem naturalem sentiendo, si in illa consensum minime præstat, uirginitatem

*Aureola uirginitatis cur debetur.*

*In delectatione uenereorum tria considerantur.*

*In uera uirginitate tria requiruntur.*

*Corporis integritas se habet i quid accidentarium. Uirginitas mentis sine corporis integritate.*

*Pueri ante tempus pubertatis nõ possunt feminare, sed puella possunt.*